

Dilecto filio R. nepoti nostro etc. Quod te scripsisti<sup>1</sup> velle studere Bononiae, nec te reprobare possumus nec probare, cum omne studii sumptum propositum censeatur favorabile, ut aures mulceat audientium, quibus offertur aliquis amator studii vel solo nomine studiosus, quamquam multotiens agatur aliud et aliud simuletur. Sane in dubiis praesumentes in dexteram potius quam sinistram tamen propositum . . . . . studium, quod ab olim nutrivimus, commendamus. Sed an tuo proposito locus congruat, ipse despice, cum sit ex insolentia modernorum supervacuis expensis obnoxius, ut necessitates alias omittamus, ad quas situs<sup>2</sup> civitatis invitat, quae in via publica constituta multorum exhibet ibi studentibus praesentiam verecundam<sup>3</sup> non obsequentibus, et obsequentibus onerosam. Tuae igitur deliberationi committimus, ut vires tuas fideliter metiaris, nec enim ut papae nepos vivere ibi poteris, et si vixeris ut Raymundus, forsitan a pluribus contempneris. Quod si adeo fortis es animi, ut contempnere scias et valeas te contempni, hic est gradus humilitatis sublimior, ad quod<sup>4</sup> pauci se iudicant<sup>5</sup> ascendisse. Et si tibi datum est desuper, refer gratias largitori benevolo gratiarum, alioquin consultius tibi credimus alium locum eligere, proposito tamen laudabili non mutato, nec culpes nuncium de mora diutina, quem ideo detinuimus, ut per eum ordinationem Aniciensis ecclesiae mitteremus. Sed tandem extimavimus melius eam per alium destinari. Datum ut supra.

## VI. Obizo, Magister und Arzt.

Die Collection Baluze der Pariser Nationalbibliothek enthält im 55. Bande (fol. 313<sup>b</sup> manu s. XVII) eine aus Saint-Victor stammende Grabschrift auf 'einen bedeutenden Arzt' (summus medicus) Obizo, über dessen Lebensschicksale eine gedruckte und eine ungedruckte Urkunde einige Aufschlüsse gewähren.

Respice qui transis et quid sis disce vel unde.

Quod fuimus nunc es, quod sumus illud eris.

Pauper canonicus de divite factus Obizo,

Huic dedit ecclesiae plurima seque Deo,

5 Summus erat medicus, mors sola triumphat in illo,

Cuius adhuc legem nemo cavere potest.

Non potuit medicus sibimet conferre salutem,

Huic igitur medico sit medicina Deus.

Dieser Obizo war, bevor er Kanoniker wurde, mit einer gewissen Genta verheirathet; alsdann liess er sich von ihr scheiden, vereinigte sich aber wieder mit ihr und erhielt bei-

---

1) 'scripsimus' Hs.    2) 'scito' Hs.    3) 'verecundiam' Hs.    4) So die Hs.    5) 'rejudicant' Hs.